Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sterium Digito sancti Johannis Baptiste est celebre quo Dominum demonstravit ut dicitur claris miraculis refulgens Aduenientibus beneficia multa prestans quem beata Tecla ad partes Alemanniae in seleuciam quam prope monasterium asserunt esse sitam ubi ipsa quieuit ut asserit apportauit. Seleucia tamen altera in Asya legitur clarior ista multum in ysauria provincia condita a seleuco. Similia ad verbum habet Excerptum antiqui Chronici Wessofontani, quod in eodem Tabulario Stamsensi existens Chronic ubi aduertas velim, Monasterium Wessofontanum anno 1323 fuisse nostro Stamsensi incorporatum; unde in dicto Chronico mentio Stamsii pene necessaria fuit.

Anno 1422 Custos Sacre supellectilis Stamsensis confecit catalogum Reliquiarum (que erant extra mensas altarium): in quo hec leguntur inter alias legitur: Ossa Baculus Sancte Tecle virginis.

Wolfg. Lebesorg, Monach qui ab anno 1587 usque ad annum 1645 Stamsii Monachus vixit, et XXX clambus annis Tabulario ordinando insudavit, in Chron. Stamsens. ad an. 1270: usque ad annum 1272 nihil quod circa construccionem Monasterii actitatum sit inuenio nisi quod interim ad illud villa Stambs sit electa, idque, et absque dubio, propter Cappellam S. Johannis Baptistae ibidem ad ea constructam, que non solum per totam Tyrolim, sed et per omnes circumcirca jacentes provincias propter crebra miracula, que Deus per intercessionem S. Johannis Bapt. (cuius digitum quo Christum demonstrauit ibidem esse asserebant) operabatur, exhibit famosissima. Ad que verba

Mart. Steger, Monachus item Stamsensis Lebesorgii in curatione Archivi successor, in Auctario ad Chronicon Lebesorgii hec addit: Quia uero per totum Orbem Christianum uix aliqua Ecclesia inuenitur ubi Deus usque hodie per diuersos Sanctos fidelibus gratiam suam largiri consueuit, nisi in ijsdem aliquid de eorum reliquijs adsit aut aliqua alio insigni beneficio alicuius Sancti sit illustrata. Sic dictam Capellam S. Joan. Baptistae in Stambs digito eiusdem quo Christum demonstrauit nobilitatam fuisse traditur. Et hoc quidem in aliqua antiqua MS. Chronica inuenitur. Deinde in aliqua ueteri schedula ex antiquissimi Monasterii Wessobrunnensis Chronica hec uerba transcripta reperiuntur. „Anno Domini MCCLXXXXI. Obiit Dux Meinhardus et in Monasterio S. Joan. Baptistae in „Stambs Cisterciensis Ordinis, quod ipse sumptuose construxerat, sepelitur. Hoc Monasterium digito S. Joan. Baptistae

1 Anonymus Leobiensis Chron. l. 3, ad an. 1295; item apud Rer. Pez in Script. ver. Austr. t. 1, f. 871: item

/ ab an. 1615 usque 1676,